obseruentur, o[mn]es et singuli Ord[in]is n[ost]ri personæ in D[omi]no moneantur, ne sint comm[odi] lectores et auditores tantum, sed factores: sic enim per mandatorum diuinorum custodiam, et trium uotorum redditionem, Charitatem (cuius professionis eorum perfectio est) assequentur, et à Deo bonorum omnium retributore copiosissimo æternæ vitæ præmia repromissa percipient. Ne vero eorum omnium et singulorum ignorantiam ullam prætendere quis possit, o[mn]ibus prinatis diebus in Cap[itu]lo post lectam regulam, Cantor vel in eius absentia Succentor in cuiusq[ue] Mon[aste]rio, aliquid ad nutum Præsidis ex ijs leget, nisi forte aliis rebus necessarijs in Cap[itu]lo tractandis tempus extraheretur.

De Magistro et Præfecto Conuersorum Cap. 5.

1. Prouideat Abbas seu Præses Mon[aste]rij vbi multitudo Conuersorum exegerit, Monachum Sacerdotem idoneum et discretum, maturis præditum moribus, et qui præsertim in opere et vestitu exemplo suo laicos Fr[atr]es ædificet, et eis Magistrum constituat, et si fieri potest fiat Cellerarius.

2. Officium Mag[ist]ri erit, tenere cum illis Cap[itu]lum grauiores tamen causas ad Superiores remittendo: post Completorium illos interdum visitare, et alias sæpe circumire officinas, et vt singuli diligenter operentur attendere, opportuno t[em]p[o]re cum uno aut pluribus simul loqui de Ordine, vel de consolatione vtili et ædificatione salubri.

3. Nulli Conuersorum dabit licentiam aliquomodo quidpiam dandi, vel accipiendi sine scitu Prioris, nec citra necessitatem excurrendi extra clausuram.

4. Vt inter Conuersos o[mn]ia ordinate fiant, præter Mag[ist]rum, alius ex ipsis Præfectus constituatur, Cuius off[ici]um erit, ad o[mn]ia vt bene agantur attendere, et vt singuli modeste se gerant, atq[ue] off[ici]a sua sedulo obeant, animaduertere. idcirco ad o[mn]ia loca vbi p[rae]dicti Conuersi laborant, quibuscunq[ue] horis ingredi poterit.

5. Superior vel Mag[iste]r Cellas et officinas quoties placuerit visitet, quibus ipsi Conuersi, quicquid habent exponere teneantur, et si quis ex eis cibaria, aut alia illicita asseruare deprehendatur, et monitis noluerit emendare, incarceretur.

6. Infirmorum Conuersorum curam Mag[iste]r et Præfectus habeant, et iis tempestiue de confessione facienda suggerant.

7. Deni-

praeparet se ad Coem sacram: oẽs quippe eodem die, quo emiserint professionem in Conventuali Sacro maiori, etiam privatis diebus, praemissa confessione, coĩare tenentur.

7 Deniq. ab illa die qua quis petitionem fecit in Caplo Monachorum et receptus est in professionem Conversorum, in Ordine nõ Monachus nunquam fiet, sed sufficiet illi vocatio sua, qua vocatus est semel à Deo.

De Vniformitate Conversorum in Vigiliis, horis et Officiis divinis Caput. III.

1 Vt vbiq. in moribus Laicorum Fratrum, uniformis devotio et ordo servetur, postquam per campanam excitati fuerint, quod fiet privatis diebus hora 4a mane, oẽs in vnum convenient locum, ibiq. omnes suas iuxta Ordis consuetudinem in Ordine descriptam, per spatium dimidiae horae absolvent.

2. Post Vigilias et Laudes vacabunt à media 5ta usq. ad ipsam 5tam semper meditationibus, nisi per obedientiam ab hoc pio exercitio retardentur. Quod si factum fuerit non tn negligent, tam orationes quam meditationem tpre opportuno supplere, et Domino Deo pensum fideliter suae reddere servitutis

3 Post peractam meditationem oẽs ibunt ad opera sua consueta, nec ad reliquas orones officij sui absolvendas ad Oratorium suum revertantur, sed ubi signum post Caplum Monachorum datum fuerit, mox oẽs ad audiendam Missam (quam singulis diebus audire debent) vel Sacerdotibus ministrandum festinent, et ibidem modo quo possunt horas diei restantes absolvent. Nullus extra hoc tpus sine licentia Magri audiat Sacrum. Vesperas privatis diebus, sub coena Fratrum Conventualium dicant. In quadragesima verò sub prandio eorundem, et hoc in suo Oratorio Completorium autem antequam inchoetur Salve Regina

4. Dnicis et festis diebus, quibus non laborant, tam hyeme quam aestate, ad Vigilias quando Monachi surgunt, surgere teneantur. Iisdemq. diebus hora 6a ad meditationem se conferent, media verò 7a dabitur signum ad Caplum et deinde 3ae et magno Sacro, Vesperis et Completorio Monachorum interesunt.

439 S. Si fes-